¶ Synthesis preceptum.

¶ Synthesis est alicuius pprietatis vni subiecto vel pluri  
bus copulatis non gratia vocis sed significati sub diuerso  
genere aut numero attributio. 7 dicitur a sin quod est con. 7  
thesis positio id est cōpositis. ad quā tria requirunt vnum  
subiectū uel plura copulata: pprietas 7 proprietatis attri  
butio non cū voce sed cū significato concordātis 7 fit duo  
bus in accidentibus in genere. ut miluus rapacissima lepus  
grauida. in numero ut pars infrusta secant. 7 scipio 7 veli  
admirantur.

¶ Relatiuorum precepta.

¶ Relatio est ante late rei representatio. Relatiuū est ante

late rei representatiuū. Estq; duplex substantie ⁊ acciden-  
tis. Relatiuū substantie est: qđ antecedens substantiuū re-  
fert. ut deus qui cuncta creauit pius est. Sunt autē substantie  
relatiua hec sola quis uel qui. sui. suus. ipse. is. idem. ille. al-  
ter. alius. reliquis. cetera. nam ceter uel ceterus in usu non  
est: ⁊ et iā ambo. Itē relatiuū substantie est duplex idemita-  
tis ⁊ diuersitatis. Relatiuū idemtitatis eandē rem cum  
suo antecedente refert. ut virgilius quē tu audis optim⁹ po-  
etarū est. ⁊ sunt hec quis. sui. suus. ipse. is. idem. ille. ambo  
Relatiuū diuersitatis diuersam rem ab antecedēte refert. ut  
sol diem illuminat: sed ceteri planete noctem. sunt hec alter  
alius. reliqu⁹. ⁊ cetera uidelicet alter de duob⁹: alius uero  
de pluribus dicitur. Relatiuū accidentis est: quod antece-  
dens adiectiuum refert. ut sol clarus est: qualis luna nō est:  
⁊ est duplex idemtitatis ⁊ diuersitatis. Relatiua idemtitatis  
sunt numero decem. ¶ Prīmū est relatiuum qualitatis  
ut qualis cuius. Antecedēs est nomen adiectiuū qualitātē  
significans. ut bonus: malus. ut tu es bonus qualis non fu-  
it pater tuus. ¶ Secundū est relatiuū quantitatis continue  
ut quantus. cuius antecedens est nomen adiectiuū quanti-  
tatem continuā significans. ut magnus paruus. ut athlas  
fuit magnus quantus nō fuit tideo. ¶ Tertiuū est relatiuū  
quantitatis discrete. ut quod. cuius antecedens est nomen  
numerales. ut decem centum: ⁊ possessiua nomina ab his de-  
ducta. ut deni vigeni. ut ego habeo centū librarum quod tu  
nō habes ⁊ rex denas pateras habet quod tu volebas ha-  
bere. ¶ Quartū est relatiuū ordinis. ut quotus. cuius ante-  
cedens est nomen adiectiuū significans ordinem. ut primus  
secundus. ut sol est quartus planetarum: quota luna nō est  
¶ Aduertendū tamen quotus frequēter poni pro quod. ut  
marcialis. dic quotus cupias cenare id est quot estis poni-  
tur. etiam pro paruus. ut lucanus pars quota terrarū id est  
parua. ¶ Quintum est relatiuū temporis. ut quotennis. cu

ius antecedens est nomen adiectiuum numerum an norum significans, ut biennis triennis quadriennis unde fiunt substantiua vt biennium triennium et cetera: ut pater est ingenuus: quotennis filius non est. elegantius tamen dices natus sum viginti annos: quotennes et tu natus es. Sextum est relatiuum multiplicatiuum forme, ut quocuplex totuplex cuius antecedens est nomen multipliciter, ut duplex triplex. ut tu habes triplicem lanam et triplicem vestem id est trium generum quocuplicem ego non habeo. et proprie huiusmodi nomina substantiuis plurali numero carentibus adiunguntur ut triplex par, duplex gloria. Septimum est relatiuum ponderis vel mensure ut totuplus quocuplus, cuius antecedens significat pondus vel mensuram, ut duplus triplus quadruplus cetuplus, ut egyptus et reddit triticum cetuplum quocuplum non reddit italia. Aduerte tamen serte et septime speciei nomina aliquos dixisse non latina nec priscianus posuit. Octauum est relatiuum gentile vel patrum vt romanus alpinus vel gentile ut italicus lufitanus, ut ego lufitanus et eburensis sum cuius tu es. Nonum est relatiuum possessiuum, ut cuius cuius cuius, antecedens est genitiuus nominis proprii et appellatiui et nomen et pronomen possessiuum, ut tuliana est hec oratio, cuius non est barbaries. Decimum est relatiuum diuisiuum, ut quotenus cuius priscianus meminisse cuius antecedens est nomen diuisiuum, ut binus ternus quaternus vt fratres eunt bini quoteni boues ad iugum. Relatiuus accidentis diuersitatis est id quod diuersum modum significat vt alteriusmodi aliusmodi, quibus contraria sunt istiusmodi huiusmodi et cuiusmodi lignum est nodeste cuiusmodi est cornu: tu es obliquus, ego vero alteriusmodi, sum et notandum omnia superiora quemadmodum ponuntur relatiue ita etiam interrogatiue infinite. Aduertendum in his relatiuis est quod relatiuum substantie cum suo antecedente in ge

70  
nere numero & persona concordare tenetur verum si antecedens nomen possessiuum sit cum eo discordare potest. cōcordabit tamen cū genitiuo sui primitiui. ut tu tullianis verbis vteris qui lingue latine parens fuit. Item si nomen appellatiuum relatiuum p̄cedit & p̄prium sequitur cū sequenti relatiuum concordare tenet. ut est locus in carcere quod tullianum appellatur si vero vtrumq; appellatiuum sit cuius alterutro congruendum est. ut semini tuo qui est christus & celerisq; sagittas corripuit que tela fidus gerebat achates. Item si relatiuum substantie referatur ad nomen collectiuum potest cum eo in voce discordare concordando tamen ratione significati. ut beata est gens cui<sup>9</sup> domin<sup>9</sup> est p̄ctor eorum. Item si referatur adiectiuum aut ad orationē in genere neutro ponendū est vt qui habet salē qui in te est. id est habere salē. ponit etiā interdū absolute antecedes si aliunde in casu poni nō cogit qđ tunc in eo casu ponendū est quo relatiuum est: ut deus ille cuncta creauit. Tandem animaduertendum est qđ relatiua accidentis non p̄cedētib; sed sequentibus respondere solēt. ut ignis est calidus qualia cetera elementa non sunt. Horatius tamen econtrario in epodo fecit. Sed incitat me pectus & mamme putres quales vbera de relatinis satis &c.

## Interrogationis simulq; responsionis p̄cepta.

**I**nterrogatio est rei dubie vel tanq; dubie postulato dupliciter fieri cōtingit aut per nomē aut per aduerbiū. nomen interrogatiuum est rei dubie vel tanq; dubie postulatiuum. Unde tot sunt nominum genera interrogatiuum responsiuorumq; quot et relatiuorum superiorum

Secundo per accusatiuum nominis proprii loci vel appella-  
tium. ut conimbricam vlt bonem eburam versus. hac ppo-  
sitione versus postposita. Versus vero si vrbium aut pro-  
vinciarum nomina non additur huic ppositioni versus ad  
velin. vt eo ad orientem versus in forum versus vrbem pla-  
team. Si autem fiat interrogatio p quousqz. ⁊ vno mō res-  
pondetur per eius aduerbia. ut quousqz gressus tuos exten-  
disti? hucusqz illucusqz. Secundo per accusatiuum nomi-  
nis proprii loci cū hac ppositione vsqz. ut vsqz romam: vs-  
qz toletum. v: qz tempus etiam dicimus. Tertio p accusati-  
uum nominis appellatiui cū vsqz ad. ut vsqz ad meam villā  
vsqz ad meos hortos vsqz ad mortem. Aduertendū q quā-  
do nomina locorum propria ad huiusmodi interrogationes  
respondentur absqz ppositione vice aduerbiozum ponē-  
da sunt. hanc naturā nonnulla appellatiua quoqz sequuntur  
vt domus secunde inflectionis solū humus rus militia bel-  
lum rus autem si ad vbi reddatur nō in genitiuo sed in dati-  
uo ponendum est. vt ruri me contineo. ⁊ in ablatiuo etiā po-  
nendum est. ut rure sui hos dies. Experiuntur quoqz hec  
aduerbiozum vice posita. quando ad vbi respondetur. ves-  
pere ⁊ vesperi luci. hec tamen appellatiua si cū ppositione  
ponantur: tunc nomina manēt: ⁊ ita de pprijs ut venio ex ro-  
ma Tandē aduertendum est quocūqz modo ⁊ p quēcūqz  
casum interrogatio fiat fieri debet responsio nisi eundē mo-  
dū seruare nō liceat aut vocabulū desit: aut verbū aliō post-  
se casuz exposcat: ut si rogetur quotennis est rex: potius res-  
pondeat triginta est annozū qz vigēnis ⁊ quanti emissi li-  
brū: decem aureis ⁊ non decem aureozū.

**C**Preceptorum ad prima grammatices rudimenta  
per Stephanum militem ad magistratum in artibus  
institutorum felicissimus finis.

**Prosodie tractatus per stephanum** militem in artibus ad magistratum. iniciatū. optimis ex auctoribus excerptum. feliciter incipit.

12



**P**rosodie grāmatices secūda pars est que latine accentus dici potest. est autem accētus (prisciano auctore) certa lex uel regula. ad eleuandam deprimendāqz syllabam vnius cuiusqz parte uel orationis. qui tripartito diuiditur. acuto scilicet: graui ⁊ circumflexo quibus denotatur. vbi queqz syllaba eleuari deprimi ue debeat quod ex vna vocum consonantia perceptum est (ideoqz quintiliano teste) non est cui libet auris litterarum erigere sonos. non hercle magis quam verborum. acutus igitur accentus est quo syllaba vocem acuit eleuatqz grauis vero est: quo syllaba deprimitur atqz deponitur circumflexus autem est: quo syllaba ⁊ acuitur simul ⁊ deprimitur. Ideoqz ex acuto ⁊ graui confectus esse videtur.

**A**duertendum ꝑ omnis dictio vnum solum habet accētum predominantem atqz principalem: qui acutus uel circumflexus. graues autem plures habere potest. verū inter acutum ⁊ circumflexum. hoc interest. acutus namqz supra longam breuemqz syllabam residere potest circumflexus vero tantum supra longam. Sed quia inter eos non ab omnibus discrimen perceptibile est: cum per vtrūqz vox ipsa eleuari videatur. ideo circumflexum cum acuto cōfundam⁹.

**D**e accentibus igitur ab auctoribus tres regule assignantur.

**P**rima regula est Omnis dictio monosyllaba acuto accentu proferenda est. vt ros.

**S**ecunda autem regula est.

**O**mnis dissyllaba dictio priorē syllabam acuit. vt roma.

**E**st igitur primū interrogatiū substantie quod de substantia querit ad quod per substantiā aut per diffinitionē red-  
 ditur. ut quis tu es? petrus. quid est homo? animal rationale  
 vter de duobus querit. ut vter cathonū se interfecit? vricen-  
 sis. Secundū est interrogatiū qualitatis: ad quod p nomē  
 qualitatis respondet. ut qualis est deus? pius iustus. Terti-  
 um est interrogatiū quantitatis continue cui correspon-  
 det nomen eiusdem quantitatis. vt quantus fuit hector?  
 magnus. Quartum est interrogatiū quantitatis discrete.  
 cui respondet nomen eiusdē quantitatis. vt quot sunt dictiones?  
 octo. Quintū est interrogatiū ordinis cui ordinariuz  
 nomen respondet. vt quora est hora? p̄ma ⁊ tertia. Sextum  
 est interrogatiū tēporis cui tēporalia noīa respondent q̄  
 numerū annorū significant. vt quotennis est pater tuus? bi-  
 ennīs. Septimū ē interrogatiū multiplicatiuum forme ad  
 quod respondetur p nomē eiusdē cōditionis. vt quotuplex  
 est nomē? triplex quadruplex. Octauū est interrogatiū pō-  
 deris aut mensure cui respondet nomen eiusdē rei. ut quotu-  
 plum semen collegisti? centuplum. Nonū relatiuum in est gē-  
 tile patrium: cui r̄ndet nomen gentile aut patrium. ut cuias  
 tu es? Sículus lusitanus roman⁹: alpinas. Decimū ē inter-  
 rogatiū possessiū. cui correspondet nomē ⁊ p̄nomen posses-  
 siū. ut cuios boues pascis? tulianos vel tuos vel genitiuus  
 nominis. ⁊ nō pronōis. ut antonij mei tui illi⁹. Undecimū  
 interrogatiū diuisiūm cui etiam tale nomen respondet vt  
 quoteni fratres pergunt bini quaterni. Duodecimum est  
 interrogatiuum modi cui eiusdem rei nomē reddit. ut cuius  
 modi est negociū tuū. istius modi.

**A**d uerbiōrū interrogatiuorū precepta.

**A**d uerbiū interrogatiuum est quod cum interrogatio-  
 ne profertur. Unde aduerbia interrogatiua diligenter sunt  
 consideranda: si responsio interrogationi congruat: ceteris  
 omissis que facillima in p̄optuq; ⁊ ad manus sunt de se-

17  
his locis interrogatiuis aduerbijs que difficilliora: tum etiam  
frequentiora sunt in presentiarum discutiendū est. Sunt ergo  
huiusmodi aduerbia ser. vbi. quo. qua. vnde. quorsum. &  
quousqz. si ergo per vbi interrogatio fiat respondetur pri-  
mo per aduerbia correlatiua vt vbi studuisti? hic illic istuc  
intus foris. ibi alibi & his similia. Secundo per nomina vt  
bium oppidorum prime aut secunde declinationis in singu-  
lari declinata in genitiuo aduerbiorum vice posita vt rome  
bononie. ebure. conimbrice. vlixbone. toleti. tarenti. tertio  
per ablatiuū absqz prepositione. Si nomen loci proprium  
aliarū sit declinationū aut pluraliter declinata. ut bays the-  
bijs. atzemijs. micenijs. crustumeris. arpis. legione portui  
carthagine neapoli. Quarto p ablatiuū nois appellatiui cū  
prepositione impositi vt in academia Salinaticen. Si ve-  
ro p quo interrogatio fiat. Respondetur pmo p eius aduer-  
bia. ut quo tenetis iter? huc illuc istuc intro foras. Secundo  
per accusatiuū nominis proprii loci sine ppositione vt ro-  
mam vlixbonem. cū ppositione autē si fuerit appellatiuum  
ut ad vrbē. ad agrū. Tertia p vltimū gerundium cū pposi-  
tione aut p primū supinū sine ea. ut ad arandū. ad aratū. Si  
autē fiat interrogatio p vnde. vno modo respondetur p ei⁹  
aduerbia. ut vnde discessisti. hinc illinc istinc aliūde. Secū-  
do p ablatiuū nominū ppriorū absqz ppositione vt vlixbone.  
conimbrica: cū ppositiōe aut si sit appellatiuū. ut de ve-  
natione de platea. Si interrogatio fiat p qua respondet pri-  
mo per ei⁹ aduerbia. ut qua tenuisti: hac illac utac aliqua  
quacūqz. Secūdo p ablatiuū nois proprii loci absqz ppo-  
sitione. ut patauio carthagine thebis. Tertio p accusatiuū  
nominis appellatiui cum prepositione. per. ut p villam tuā  
Si verop quorsum querat vno mō respōdetur p ei⁹ aduer-  
bia. ut quorsum vadis. id est versus quem locum? horsum il-  
lorsum. astorsum. dextorsum & similia aut cum hac ppositio-  
ne versus postposita: ut forsum versus deorsum versus.



**T**ercia vero regula est.

**O**mnis polysyllaba dictio penultimā habet longam: eādem acuit. vt romanus. Si vero breuis est antepenultima acuitur. vt maria.

**D**e octo que generales regulas impediunt et primo de quarundam dictionū discrimine.

**O**cto comperiuntur que superiores regulas perturbant. primum est quedam vocum discrimina. nam dictiones quedam discriminis. i. differentie causa ultimas syllabas acuiunt. ut puta pone circū prepositio casuali suo postposita. ergo adue: biū cū genitiuo cōstructū: ut ergo tui. i. gratia tui veni. vna. sane. intro. aduerbiū. et aduerbia a dictionibus in ius grām mittentibus deducta: ut eo. illo quoquo siquo. nequo. aliquo. alio. **I**tem alias falso (prisciano teste) ultimā acuit. optimas: primas et hec propria menas. antias. lenas ob differentiam appellatiuorum. (eodem prisciano auctore) ultimas acuiunt. **I**tem pluto plucus pro nymphā ultimā acuit: s; pluto plutonis pro iouis fratre primā. **I**tem peroperus pro nymphā ultimā acuit. pero peronis pro calciamiento primā (quando pro quia ultimā acuit alias primā. **I**tem cuius. a. um. primā acuit (teste sergio) nō aut ultimā: vt quibusdā placet improprietates enī cōtra artis pcepta nō extendende sed restringende sunt. Ideoq; cauendū est: ne in illorū erratū incidamus qui in omnibus in voce: sed nō in significatiōe cōuenientibus differentiam in accentu fieri precipiunt. quod bonis auctoribus non placet.

**D**e accentu dictionū concisarum.

**S**ecundo dictiones concise superiores regulas impediunt acuiunt enim syllabā quam integre acuebant. vt gētilia in as desinentia ultimas syllabas acuiunt. vt ardeas. arpinas. quorū integra in tis et in te desinebāt. **I**tem quis ultimā acuiunt cuius integrū est quiritis vocatim propior nominū desinentiam in. i. penultimam acuiunt. vt mercuri. vergili. licet

*Alph. de acc.  
anno e + hctis*

*2. Inpe  
de metu*

*card. de i. cidade de Italia // appimuti cidade de italia*

*quyis sig  
vornas*

brenis sit. concidit enim in talibus. id est de fine (teste prisci  
 ano). Item istic. illic. illac. istac. istuc. et similia siue aduer-  
 bia siue pronomina composita vltimas acuiunt. quia de eo-  
 rum fine adiectio conciditur donec etiam vltimam acuit.  
 est enim eius integrum <sup>donec</sup> donec ne: quod quia plures igno-  
 rarunt. donec in prima non recte acuiunt. Item placet quibus  
 dam verborum concisorum vltimas acuet. vt cupit pro cu-  
 piuit. fumat pro fumauit. et benefac benedic et reduc. Item  
 ain pro aisne. et satin pro satisne. Aduertendu tamen est ne  
 vocalis vbi accentus residebat in concisione expungatur. vt  
 diuu pro diuorum: et ne etiam vocalis post concisionem al-  
 teri vocali adiuncta maneat. ut petijt audiijt. docibilis autez  
 et docilis. agibilis et agilis varia nomina sunt non vero con-  
 cisa quod per hec patet vocabilis et vocalis in quibus eade  
 syllaba acuitur et tamen diuersas habent significationes. la-  
 borant honor et odor deriuata potius qm concisa indicanda  
 sunt. Tandem aduertendum hec aduerbia concisa ab in de  
 in. ex in. sub in. vltimas acueret qm eoz integra primas a-  
 cuiunt. Huius rei ratio est. qm integra regularem accentum  
 non seruant. ideoqz ad concisar regularis redit accentus.

**De enclisi eiusqz causa mutatione accentus.**

**T**ertio enclisis. id est attractio regularē mutat accentuz  
 Fit autem enclisis per tres coniunctiones qz p. et. ne pro  
 an. ue pro uel. que in extremis aliarum dictionum posite ac-  
 centum prope se deducunt et vltimas superiorum dictionuz  
 acueret faciunt. ut lapisqz homoue: vigilasne: vbi duo comi-  
 tantur accentus nam grauis vice accenti et e contrario po-  
 nitur. Quadrifariam tamē enclisis vim perdit. Primo mu-  
 tatione vocalis ut hocine mutatur enim hic. e. huius sylla-  
 bice adiectionis. e. in. i. et deniqz ex denuo et qz. et vndiqz ex  
 vnde et qz composita. que primas sillabas acuiunt. Secun-  
 do distinctione. ut vtiqz itaqz. primas acuiunt. si composita

9  
 Tertio  
 p. et. ne

*ambrosius  
no ay qu  
finitur et  
rogatione in  
etiam placet*

Ant. penultimas autem. si que per additionem ponatur.  
Tertio si monasyllabis adiungatur. dormisne? vigilasne? hic enim attractio non fit. sed coniunctio acuto accentu. pro quod dicitur: encl. sim interrogatiue positâ ratione sui grauari. ratione autem orationis acui. *diuina etiam in potestatem*

## De mutatione accentus gratia vsus auctorum.

**Q**uarto regulas quoq; accentus auctorum vsus peruerit: nam nomina numeralia a duobus vel tribus composita ut vigintiduo: vigintitria: et hec etiam composita vicecomes archicoquus penultimas breues acuiunt. ¶ Item a facio composita a retinentia et fidei iubeo et vsucapio prima et secunda persone presentis penultimas breues acuiunt propter prime persone consortium ultimam acuit. Item composita ex his duobus aduerbijs inde et quando viu ante penultimam acuiunt quâq; penultima longa existit. sunt tamen qui his quoq; annumerant horum composita in tus inceptus horum longe: que sententia generalis non est quandoquidem imperfectas contra regulas coercenda non autem extendenda est. similiter attentum primam acuit ex aduersum secundam syllabam acuit. ut gellio auianoq; placet. ¶ Item interea loci velut dictio composita (prisciano auctore) penultimam acuit ceteraq; de vsu a quibusdam dicuntur. non ausi affirmare: quandoquidem uiris doctis non placent magna est ergo auctoritas ipso in vsu auctorum quia eum: potiusq; artis rationem (teste prisciano) est emulandum. vsus autem ecclesiarum facit sat cum suis excogitationibus nihil enim est.

*in mte luy  
etiam*

# De barbarijs dictionibus.

17



Quinto barbarijs dictionibus accentus regularis impeditur. Sic enim visus est alexander dicens. Omnis barbara vox non declinata latine accentus super extremam seruabit acutum quam sententiam ubi inuenit. sciat: ipse mea quidem opinione ea non est vniuersa. nomina enim barbara partim tertiam a fine acuumt. ut nabuchodonosor. malalehel. thobias. vrias. ofanna partim secunda a fine. ut abimelec. bersabe. abel. lamech. mathusalem. & sic prope alia innumera partim vltimas acuumt. ut adam. abraham. iacob ioseph. phicol. satan. hac tamen in re hoc sit comune preceptum. omnes scilicet barbaras dictiones si latinas per declinationes inflectuntur latino accentu esse moderandas: quod quomodo fiat recte docet priscianus. ipse barbara (inquit) nulla regula latina nec greca sunt moderanda nisi in aliquam formam declinabilem transferantur quod quidem historiographi fecerunt. ut abraham<sup>9</sup> abrahami. adamus adami. deinde com sequens preceptum traditur. barbaras dictiones ad latinum sermonem vnius syllabe adiectione traductas eandem syllabam apud nos acuire. quam apud barbaros acuire solebant. ut adam. abraham. iacob. ioseph. satan. phicol. vltimas apud illos acuumt. ut adamus. abrahamus. iosephus. satanas. phicolus. iacobus. quadrisyllabum apud nos penultimas acuumt itioe q apud hebreos penultimas acuumt. si vni<sup>9</sup> syllabe adiectione fiat latina. eade<sup>m</sup> syllaba acuumt. q apud nos efficiat penultima. ut iocab<sup>9</sup> abel. noe. penultimas acuumt. iocabeda. abelus. noe<sup>9</sup> ante

penultimas acuunt que omnia si vsquam declinata vnius  
syllabe adiectione reperiantur: tam obliquos quã rectos  
ipfos latino accentu moderari necesse est: ut balam bale.  
eforas efóre dauid dauidis primas acuūt israel israelis mi  
chael michaelis penultimas acuūt ⁊ de barbaris fatiſ. De  
grecis autem. que regulas nostras peruertere poſſunt: hec  
preceptio (auctore ſeruiſ) traditur. Dictiones ſi cum de  
clinatione ⁊ litteratura greca. latino ſermoni miſceantur.  
accentum quoqꝫ grecum retinere poſſunt ut olimpoſ pi.  
tyrannos. i. antropoſ. i. epiroſ. i. penultimas habent lon  
gas. Et tamen apud illoſ nō penultimas. Sed antepenul  
timas acuunt. Sic etiam apud noſ contra noſtri accentus  
regulas atqꝫ ediuerſo ſymoſiſ periphraſ penultimas habēt  
breues eaſ tamen greci acuunt. perinde etiam noſ contra  
noſtrarum regularum rationem. ¶ Item quedam apud  
eoſ vltimas acuunt. que apud noſ eadem forma litteratu  
re ⁊ declinationiſ ſeruata eadem acuunt. vt caliope gram  
matice ꝛc. id genus adelphoſ quoqꝫ apud eoſ vltimã acu  
it. Sic apud noſ eadē acuerē poteſt. ſarpedon. Si grām mit  
tit in onſiſ vltimã acuit. Si vero in onſiſ penultimã. ¶ Itē  
hec nomina perduplicat o ſcripta demophoon. thermoodon  
laocoon penultimas acuūt. verum cum per ſyntheſin ſcri  
buntur ⁊ proferuntur. illa duo. o. in vnum. o. longum con  
uertuntur ⁊ vltimas acuunt perinde etiam genitiuus plu  
raliſ deſinens in. on. omniū grecorum nominū vltimã ſem  
per acuit. ut grāmton. ⁊ quedam apud eoſ aduerbia in oſ  
deſinentia. ut yronicos. ſophoſ. amphiboloſ. Item pater  
familiaſ vltimã teſte guarino acuit verum ⁊ ſi greca lati  
na ſimul fuerint. latino accentu moderanda ſunt. ut buco  
lica georgica. (teſte ſeruiſ) vltimas acuunt apud gre  
coſ apud vero noſ antepenultimas. ¶ Itē que litteraturã  
⁊ declinationē latinã. Retinet latino accētū pferūt. vt phā.

De grecis  
ad omnia

uambad p. 12

15  
tasia. cirurgia. melancolia. sophia. philosophia. cathego-  
ria. vsia ⁊ composita ab archia. ut monarchia ⁊ alogia. ue  
theologia astrologia. ethimologia ⁊ agraphia. ut orthogra-  
phia. cosmographia ⁊ amachia. ut gigantomachia ⁊ ano-  
mia. ut astronomia. chironomia. Item tragedia. comedia  
simphonia antepenultimas acuit hec omnia. ¶ Aduertē-  
dum tamen est quoniā grecoꝝ accentus nō nobis in omni-  
bus notus est: hoc tenendum sit quotiens accentus greci  
ratio nobis nō consistit. Etiam si litteratura greca sit re-  
gulis latini accentus dictiones grecas moderabimus. ha-  
bes igitur humanissime lector que de barbaris grecisqꝫ  
dictionibus plures apud auctores sparsa reperimus que p-  
nos tibi facillimū. in epilogum ideo sunt redacta. ut quanta  
sit huius nostre etatis iuuenū grāmatistarū ignorantia pa-  
tescat qui vna conditione omnia barbara per inde ⁊ greca  
acuto accentu in vltimis proferunt. ⁊ quod inauditum est:  
greca barbara appellant quod ex superioribus a veritate  
longe abhorret. que lectio si tibi longiuscula esse videatur  
crede mihi (in q̄s) longe prolixiorē multoqꝫ etiam diffi-  
cilioꝝ confusioꝝ inqꝫ. scripta esse apud ipsos auctores.

¶ De accentus mutatione interrogatiōis gratia.

¶ Sexto regularis accentus. interrogatiōe impeditur. om-  
nis enim dictio aut oratio interrogatiue prolata. vltimā sil-  
labam acuit. ut quis furor o ciues? que tāta incendia belli.

¶ De impedimento accentus gratia dictionis  
relatiue ⁊ infinite posite.

¶ Septimo dictio infinite vel relatiue positam accentum  
regularē quoqꝫ peruertit. Si enim relatiuū eadem in clau-  
sula cum suo antecedente ordinetur per omnes sillabas gra-  
uat. ut femina alba. q̄lis rosa est: pulchra est. ⁊ causa ē: a suo  
antecedente trahi videt. Si vero in altera p se clausula po-  
natur: regularem seruat accentum ut sol lucet qui in celo ē:  
Alij dicunt si relatiuū sine medio suo vel bo iungatur gra-

natur. ut homo docet qui doctus. Si vero medium intercedat regulariter, profertur. ut celum mouetur: quod motu suo omnia alit. ¶ Item dicitio infinite posita. Si post se duo verba sequantur per omnes syllabas grauat. ut qui certabit coronabitur. Si autem qui pro quis infinite ponatur acuitur. ut nescio certe que est.

¶ De accentu mutatione indeclinabilis dictionis gratia.

¶ Octauo indeclinabili dictione accentus quoque regularis impeditur nam prepositio suo casuali preposita per omnes syllabas grauat. postposita nempe aut per se prolata regularem seruat accentum nisi distinctionis gratia impediatur. ut circum hec tamen prepositio cuius solis quique pro nominibus per anastrophe postposita grauat. ut mecum tecum et cetera. ¶ Item ne nos hoc lateat quod prescius ait inque italiam versusque siciliam versus accentus ipse composita esse ostendit. nisi dicam quod versus inclinatur et trahit ipsa nomina et sola syllaba vera acuitur cetera vero omnes grauantur. ¶ Item coniunctio quoque per orationem sparsa grauat: et postposita autem vel per se prolata regulari accentu regitur: dempta tamen enclitica que grauat postposita. Tandem notanda est interiectio que sine deliberatione unanimi affectu prolata nullo certo donato Iuliano quoque auctoribus moderatur propter varios proferentis affectus. Si vero libere sineque affectu proferatur regulari accentu moderabitur.

¶ Habes lector studiose grammatices precepta ad prima rudimenta admodum conducibilia que tamen si barbarie deficiunt: non tamen elegancia. nihil hic noui nihil inusitati nihil non approbati inuenies. non enim ex cecorum baculo: non secunda non tertia ex arte excerpta sunt. Sed ex ap-

probatis grāmatices rhetorices historiarūq3 scriptorib3  
 apud quos omnis eloquentia omnis romana: latinaq3 ora-  
 tio nitet: floret oletq3. tardi enī ingenij est riuos consecrari:  
 reiri (dicente tullio) non videre. habes quoq3 profodie tra-  
 ctatum ex pasciani: ceterorūq3 grāmatices doctissimorum  
 auctorum sententia. contra quorum positiones nemo lati-  
 nus (vt puto) delatrare audebit. Sunt hec omnia per ste-  
 phanum militem admagistratum in artibus iniciatū breuis-  
 simo temporis spacio lucubrata ad suorum aliorumq3 audi-  
 torum vtilitatem ad expellendamq3 etiā a lusitania perti-  
 nacissimam barbariem ⁊ tandem ad ipsius dei virginisq3  
 marie honorem ⁊ laudem.

¶ Deo gratias.

¶ Profodie artis grāmaticæ speciei precepta putilia Ste-  
 phani militis mira vigilantia antiquis ex auctoribus excer-  
 pta fausto sydere sunt explicata. Impensis prudentis laza-  
 ri de gazanis bibliopole. Ex officina Joannis pegnicer de  
 nurenberga alemani. Impressa hispali sexto idus septem-  
 bris. Anno domini millesimo quingentesimo tertio.





